nisi interierando assertebant, tantum unum mendaci  
Sperato profuisse mendacia, quantum multis in-  
culpatis hominibus ueritatem. Que per Deum  
immortalem esset hodie in terra Sperati memoris,  
sibic profanum uulgas non mendacissima menda-  
cia mendacissimus Speratus mendacissime docu-  
Esi.ca. 5. set? Idest si assisset malum esse bonum, et bonum  
malum, amarum dulce, et dulce amarum, sapien-  
tiam ignorantiam, et ignorantiam sapientiam,  
uirtutem uitium, et euidenter uitiam uirtutem. Non  
defuerunt, qui Speratum ironice landarent, quod  
nouerit Speratus ipse mendacissimis mendacijs qua-  
lecumque parasse sibi apud uulgas nomen, quod ac-  
casionis ueritatibus parare requinerit. Id ipsum  
uel minuscum exceptandum. ET cur nos medax  
Sperate inique ubi mendacem vocitas? Enim uero  
mendacis rei est, ex cogitationis mendacijs quoad pos-  
terit,

terit se iner. Sed quid mirum nos a mendaci Spe-  
rato mendaces dici? qui mendaces extimant omnes,  
qui sua olida pice non ferrum confuscati. Men-  
daces apud hunc Speratū, Pontifices omnes sum-  
mi. Quaevis in hac usq; diem universalis finita  
mendacia. Papistici mendaces quotquot facient.  
Religiosi mendaces. Eorum nota mendacia. Pro-  
fessiones mendaces eorūdem. Sed gaudetūm no-  
bis, quoniam mendaces sunt necesse est, qui a men-  
daciōm Sperato ueraces quamvis ratiōe dicuntur.  
Cave Sperate, ne posthac ueraces nos uocites quo-  
uis modo. Nil gratias certe nobis, quam mendaces  
dici tuo mendaciōm testimonio. Dispercamus, si Prouer-  
bus decorant ueritatem q̄libet mendacia, biam.

### Speratus.

Atqui o uitinam aliquādo cū Chri-  
sto redeatis in gratiam, Valete.

### Facultas Theologica.

OPTAS tandem Sperate, ut aliquando cum  
Christo redeamus in gratiam. Amplectimur op-  
tatum hoc tuum. SED videar, ne tu egressus Christi  
gratia, minus prudenter tandem nobis quamvis  
ratione exceptes. Vclati si diuitem conetur ditare Prouerb.  
pauper, et carbonaria calcariam decorari. Vel  
ut Thersites animet Acacidem. An patet Sperate

E ij nos

nos a Christi gratia dicentes esse, qd' te (ut ferunt) subiecta in fide Christi dogmata seminantem, ueluti noctis lumen, a puris frugibus seceruere satagimus? Quod diximus, bonum bonum, & malum malum? Quod diximus album album. & nigrum nigrum? Quod morbidam orem, & non infecio grege subducere cur animas? Et nobiles mites ab incalitatis labrascit, marcescentesq; racemos, ab integris sciungere laboramus? Non ergo tua hac in re sperate novi quipplam, sed primorum in ecclesia principum, tractuimus institutum. Ergo et si non perfectos nos esse putemus (id quod arrogat forsitan tibi) a Christi causa gratia non omnino (ut tu putas) exudare speravimus. At uideris tu Nam bonus Christi Cacodemoni, aut uerum fore te gratissimum sis Christi gratiae particeps, nec ne. A frugibus enim tuis, id cuius perpendere satis licet.

Proverbia.  
Ep. 5. Phalaris optabat ualere Messenios! Nos econtra te utram tibi animi uertitudine exceptamus,  
Mat. c. 5. quod edicti a Christo, probe sciamus etiam iniurias optandum bonum. LITERARVM TVA  
RVM hac fuerat superscriptio.

Speratus,

Speratus.

Facultatis Theologicæ professo-  
ribus Decano, & reliquis almæ  
Vniuersitatis Viennensis condē-  
natoribus suis, in Christo amicis.

Facultas Theologica.

DIXIMVS Ium nec te, nec tua condemnasse  
nor, sed ab pertinacem contumaciā, superbiamq;  
tuam contra te iure optimo proceſſe. Sed cur  
Sperate nos condeſunatores tuos noctes, quoniam  
doctrina, quem te ſequi predicant, non a nobis,  
ſed fidei Christi rectoribus ſunt, doctis univerſi-  
tatis plurimis, ac maximis potestatibus, toties  
exploſa fit, explodaturq; paſiem hodie! Sperau te-  
men exploſam toties uere furiosum iſhū, quod ſe-  
queris dogma, mortales fermè omnes ſcutoros  
tendem. SED caret euentu nimius furor. Impro-  
ba nunq; ſperletata diu. Ergo ſperandum potius hic.  
prudētiores homines. i. tibi omnino abſimiles ex-  
emplo, ſuccēſſu, tuo edoctor, idet fieri cautiōres.  
Quod ſi nec te, nec eam, quā ſequi te auunt do-  
ctrinam, immo merum errorēm potius, nemo ha-  
bituſus condeſunuit, nec nos certe identidem con-  
deſunquimus quipuis modo. Sed uide Sperate, ne  
ſedis ipſe tuis te ipſam deuineni, hanc iuſtiui cul-  
pam

pam reſiectis in te ipſis. SED baſtus de iis, que  
ad epiftoliolum tuum pertinent, diſcūm ſit. Reſtat  
ut de adſertinata epiftoliolo huic barbaris, paucā  
Speratōi in preſentis deſeramus. DIVIDIT Speratus,  
libelli ma quatuor datur conici, barbaricum hunc libellū, in  
teria. partes duas, in monſtroſum procerū ſelicit, &  
obſcenū delirantq; narrationē. Quid pars prima  
contineat tetrigimus in prahabitis. In parte altera  
i. ſolidā narratione, nimirū hos oſto articulos pig-  
mentis fitchijs colorare. Sunt autē articuli, queſ  
latinoſ ſecimur, fermē iij.

PRIMVS. Morachos, Presbyteroq; caſtratoſ  
effe ſtendū indubie.

SECUNDVS. Clauſtraleſ homines ( Indalge-  
cale lector nobis obſcena huc Speratōi referen-  
tibus) genitale ſemē, e pudendis, obſcenisq; mem-  
bris tam in uestis ſuas, tam in leſternia, quibus  
recubant, ſpargunt, effunduntq; paſtim.

TERTIVS. Hæ tantum clauſtraleſ perſone  
comendande ſunt, que quoties uoluerint, reloge-  
ti ultra Sauromatas emiſſis ex proposito notis  
ſunt, poſſunt ſe matrimonio copulare.

QVARTVS. Religiois notū, nil ſupra bap-  
tismi uotum addit, niſi quod bonorem quæmpiam  
lægitur, & preſtat.

QVINTVS. Nequaq; poterit cum ſide inca-  
nere peccatum.

SEXTVS.

SEXTVS. Ob tentationē quamcumq; carnis  
mouendi sunt utriusq; sexus claustrales omnes, scilicet  
velimutis praelatis suis, excant monasteria.

SEPTIMVS. Lutheranam damnatam epi-  
sionem publice predicauit.

OCTAVUS. Scholasticus nominari iu schola  
doctus, praefaret te Deo doctū esse, ac in Dei  
doctrīna potius eruditū. Hos articulos, quos patria  
lingua Speratus refert p[ro]ec (ut ante diximus) nūq[ue]  
audimus (Quid' quod borrent oculi etiam nūc cō-  
spicere) nec consequenter explosamus ullo modo.  
Quales autem sunt i[us] relati iamā articuli, prudēs,  
ac castus lector ipse perpendat. Præcipiant iura  
omnis, prædicantū eloquia vera, castaq; esse de-  
bere. Sed a mēdaciis, inclesiisq; hominibus, p[ro]ba-  
nici ratiū uerum, castumq; procedit eloquium.  
Elegans nimirū illud Seneca ep̄stolarum suarum  
uicefimo uolumine. Talis hominibus oratio, qualis Prover-  
biis. Quam uerum Solonis Apophthegma. tēp[er] bium.  
τίδωλοι οὐ γε τέρπουν. Nam legisti Ari-  
stotelicū illud ex quarto Arthicorū libro? Quisq;  
qualis est, talia agit, εγ[ένετο] dicit, εγ[ένετο] ita uita nūnit. Iti-  
dem monstrarunt Christus cū inquit. Ex abundātia Matth.  
cordis et loquitur. His quoq; aſſimile est Ecclesi- ca. 12.  
stici illud ex ea. 21. Labia imprudentiū fulta nar-  
rabum, uerba autem prudentiū fatera pondera-  
buntur. An ignoras Sperate, sapientis esse prelōgo  
O tēp[er]

Prouerbi. **O** tēpore proferre sermonē? Mala aures in leuis  
erum. ca. argenteis (inquit sapient) qui loquuntur verbum in  
z. 5. tēpore suo. Ergo quicquid sit de horū articulorū  
qualitate ( nam receptui canendum est ) castius pe-  
palo fuerat prædicandū, ne pronis in initia hōibus  
Prouer. calcaria adderes delinquendi. Et ne (quod dicitur)  
Matt. ca. tibiq; similibus a Christo dictum fuit. Progeni-  
12. et supernarum quomodo potestis bona loqui , cum  
sitis mali? Qui per deum immortalē nō perficit  
frontis, pœtig; sermonis amator, nō maneat te bon-  
rum articulorū matrīam audiēti dīfrentē? Sed  
Prouer- fūrca porcis sine usq; gratissima. In horum arti-  
bium. culorū probatiōne afferti authoritates sacra scri-  
ptura aliquot, que tantum pro te faciunt, quantū  
lux pro tenebris, aut veritas pro mēdacio. Sed de  
īs authoritatibus forsitan alios. MIRABAMVR.  
Sperate hac tua legētes quid te tantū mouerit sic  
matrimonii laudare, ut fermē acre bellū indiret  
tauitati! Preterea , quom Matrimonii tot bar-  
baris præconijs exornare tētaweris , mirū te nullā  
uel adulterij, vel matrimonio contrarie Veneris,  
habueris mentionē. Non horū est contrarium legi  
Venerem subſilere. Rursus cur tā anxiæ affecta-  
veris personas ex uoto deo dicatas, relictis mona-  
sterijs, ſecularijs, reperies, ſeſe matrimonij alia  
gare! COMMENDO inquisitū Clauſtrales  
personas,

personas, præfertim scemini scemini, quæ ad post  
emissa uota repetunt rursus scemalum. Verendum  
Sperate, ne Pyrenæi factum et placeat tibi, et id  
enpius ex sententia imitari. DICES id te laudare,  
quia melius est (iuxta Paulum) nubere, quæri. NON Prime  
NE præmij eodem loco Paulus apollolus, bonū Cor. x. 7.  
esse muliere m non tangere! Num præterea putas  
eum, uti tu, ob frequentē usum (ut creditur) in  
luxuriam prædilece malum, promos esse? Nec eos.  
Dcum præ oculis habentes, matrimonijq; iugis  
tot discrimina cogitantes, hanc posse signa impueris  
uincere primitatem? Verendum ne ex te, sueta dia-  
lethes, accipias argumentum. Quis bonum laudet,  
qui a digniori uita statu, uolens deteriorē repetit  
quoniam modo? Huic sententie subscribere uidetur  
metaphora illa Christi Luca 9. cap. Nemo mittet  
manuam suam ad aratrum, et afficiens retro aptus  
est regno dei. DICES forsū non esse virginitatis  
statum matrimonio digniorē. Sed te multo docti-  
ore, celebriore, sanctiores, astioresq; quod filio  
negat, constanter nereq; affirmant. Quis tam A-  
misorius, qui abscilis Ambroſio, Hieronymo,  
Augustio, Origene, Chrysostomo, Cyrillo, te Spe-  
rate, aut tibi penitus nō absumiles, pulso de fronte  
pudore, sequitur? Nōne legisti q; magna fuerint  
semper etia apud gentiles virginitatis Encomia?  
Mors fuit ueterū gentilium, quod Servius gram. 6. Aenei-  
maticus dicit.

F matricis dor.

inaticis etiam emulauit, ut h[ab]et, qui maxima sacra  
accipiebant, renunciareret omnibus rebus, nec illa  
in iis, nisi Numinis cura remanebat. Herbis etiam  
quibusdam emasculabantur, unde et iam coire no[n]  
poterat. Hinc a Marone dictum est. Quicquid sacer-  
dotes casti dum uita manebat. Elegans Augustini  
illud cap. 22. de singularitate clericorum. Quicquid  
uolunt adhuc (inquit) exquirant aut obſtare pro  
mulieribus auctorati. Victoriae non habent, apud  
quos contra Esfrā mulier potius, q[uod] ueritas uicit.

Eus[te]b[ia]s. ca. MIRVM Sperate no[n] legisse te, seruissq[ue] actua  
30. 3. Ecce ratiō quod de Paulō apostolo scribit Clemens in eo  
eleſib[ia]lo. opere quod aduersus eos scripsit, qui spemūt nup-  
tias. Is enim Clemens Pauli Apostoli, in quadam  
epistola uerba referens. Sed et Paulum (inquit)  
no[n] teget Apostolum, in quadam epistola sua mentionē  
uel salutationem facere comparis sua, quā si ideo  
negat circūducere, ut ad prædicationē Euangeliū  
expeditior fiet. Sed quid cum Veneris nepotulo,  
casto Paulo NON spernitūt sperate maritale  
Aduersus contingū, sed cū dīno Hieronymo i.e. cum ueritate  
Iosinianū ipſa p[ro]p[ter]e uirginitatē p[re]ferrimus matrimonio. DICES  
matrimonii terram replet. Nonne et cedam uir-  
ginitar[em]? Terram replet matrimonii, utōnam non  
et Orcum quoq[ue]. Si dixeris non est bonū homini  
vixi solū. Quid? quod longe peius copulari uxori,  
qua sit diſper tam uita, q[uod] moribus. Id tam frequēt  
in matrī-

in matrimonio, q. Poma d'Autunne, formosa est  
meisibus Aestas, Ver prebet flores, igne leuitur  
Hyems. In proverbiū abit Callimachi illud in  
Epygymatibus. Acquale si sapis ipse capte. Difficil Proverb.  
eile Sperate Deo servire, et carni, Veneri, et Mi-  
nistris, Vult Paulus Apostolorum sine sollicitudine Prima  
esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, que domini Cor. 7.  
sunt quomodo placet Deo. Qui autem cum uxore  
est, sollicitus est, que sunt mundi quomodo placet  
uxori, et dominus est. Et mulier innupta, et virgo  
cogitat, que domini sunt, ut sit sancta corpori, et  
spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi,  
quomodo placeat viro. Hoc tenet Pauli eiusdem 2. Timo-  
thi illud. Nemo militari Deo implicat se negotijs se- tb. 2.  
cularibus, ut ei placeat, cui si probavit. Hoc expo-  
nens August. cap. 3. eius lib. que de contemptu mundi  
inscripsit. Scimus (inquit) quod quisque quanto mai-  
gi terrenis occupationibus implicatur, tanto magis  
a sui conditionis visione impeditur. Citat inter alias  
illud ex cap. 3. epistole ad Philippenses. Nostra con-  
versatio in cœlo est. At Sperato in cæno conser-  
fatio plus quam gratia. Et attingam non gratior in Egijs.  
Quidam ex Sperati contubernio, in multorum con-  
vivio, iureuendo etiam interposito, retulerant  
aliquando, hunc ipsam Speratum nonque diuina per-  
soluerent, nisi sacris primi digitis terque, quaterque Phil-  
ippicum dactylios contrectarunt. Quidam, quod

F ij impura

In pura lingua sua afflitte idem sepius. Si capitur  
lector Speratus noscere paucis, pone tibi diligenter  
ante oculos, quales fuerint eius parentes, qualis  
eius sit educatio, quale a pueru studiu, qualis uirgus  
discursus postquam excepsit ex ephebis, que loci inco-  
luerit, qualis ab iis locis recessus hunc, quibus  
fuerit a sedate conversatus, quos, quem docuerit,  
quales eius auditores, soldates, cōminiales, cōtuberna-  
les, qualia Sperati cotidiana cōmertia, qualis cō-  
potationes, quales frumenti eius sit, quale superlatu-  
mum litteris demadari, quos in coru tollat, quo-  
ne elecerit, quales Projecti ampullas, & sequentes  
Proverb. dilia herba, in papisticos, religiosos, universalia  
studia passim emissa, quibus conuicti eis afficiant,  
qui in eius uerbis iurare noluerint, quo uento si filii  
feste efficerent. Non ambigat lector candide uel iure  
iurando protinus affirmare, de Sperato hoc oia  
dilecta esse. Absentem in pralia poscit. Acer in ab-  
sentes. Senit in absenter. Lingua bella gerit. Cō-  
mittit pralia uoce. Verbis urbes intermis capit. In  
uolacri tenuis fiducia caru fuga & fides, & colum  
territat armis. Iam testudo uolat, profert uero  
nua multur. Quid miru igitur Sperate, si tam ob-  
Proverb. bac, cum ijs maiora multo scelerata, & yugis manu  
cueniatis olim tibi? Quia uera Græcanica Parvam  
narrat tunc transiisse, tristius etiam opimilium.  
Latine sic improbitatis secé bibunt perfidi. Inique  
forsan

forsan ( inquietus ) me homines extinxerint nictiosum.  
Memoratur qui te nictiosum Paulus dixit. Non uictus  
ofuscando es Paulus sed nictus. Quam uerius mo-  
nuisses sperare addiccas religio ex uoto personas  
seruare diligenter quod prima ad Corinthus mo-  
nuisit non Paulus speratus sed Apostolus. Vndeque  
q; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat.  
Scis que tot Synodus sanctisq; Romanis pontificia  
bus de hac ipsa re in primitiva Christianorum  
ecclesia fuerint instituta? Sed iura, universalia  
conculia patrum sanctionatae, veteres fidelium con-  
suetudines, communes mores hominum, apud te,  
tuq; similes, sunt Algar milisima uiliota, nec pili  
penitus facienda. Q. VALEM gloriam putamus bia.  
Speratum existimare se adeptum fore apud posteros,  
ex cantilena, epistoliola, cumq; adscripta hac  
barbarie superrime nobis misericordiamq; in lucē Irontia.  
editis? Integrati nimisq; iure existimandi ecclesiae  
Christi principes, si cum ob multa alia a se gestis,  
cum ob hunc insegnē labore, in Catalogum ueritorū  
illustrium Speratum non retulerint sine mora. An  
parum existimas hunc, aduersus papisticos omnes,  
Universalia quotquot fuerint in hanc usq; diem  
literarum studia omnia religionum omnium religi-  
osos gesuisse acce bellum, deq; iij omnibus ( uti uel  
iurecurando autem ipse ) gloriefara uictoriem  
reportasse? An nō magnanimum hoc, ac Speratus

F. iiij posterita

posterioritate dignitatis, quod non cōtentus. **A**llioz armis  
**Ingoſtadiens** dicens, cū Vicemēnib[us] decreta fuisse, Ingoſtadiensis  
dicens. quoq[ue] in iure uocat, quod cū magistro Arsatio, huic  
noſtro, incorporeum ludū simile. **O**b hac igitur Specie-  
**Horā. 3.** ratus, Exegit monumentū aere peregrinū, Rega-  
**Carmi.** liq[ue] situ pyramidū altissimum, quod nō imber edax, nō  
Aquila impotē pofuit diructe, aut invenerabilis  
annorum series, ex fuga temporum. **MIRARIS.**  
Sperate (ut de nobis intrinſicam silentiam) Ingoſtadien-  
ſes non defimilia multo noſtriſ cū magistro Ara-  
**tit. 3. pri** ſatio actita fuisse. An ignoras iureperte, de ſimilibus  
ni decreta ſimile iudiciū eſſe dibere? Ignoras ne rufus, Apia-  
tallam, rimis nobilibus locis alijs, circa genū hoc hominū,  
multo ipſi maiora facta eſſe, ac in horas fieri. Verū  
nō ambigimus Ingoſtadiensis eorū hanc causam  
**Prouerbi.** tam facile deſtruor, A Pyrami uulps contest. Hec  
enim vicit, aut brac ſimilis eitra paluerent. Et  
**Prouerbi.** (ut dicitur) adiunctis plastris muribus, facile cō-  
paratur. Noſtra vero cauſa tam infamē eſt, ut nix  
digna ſit, ut uel ab infantib[us], nifi forſan leui gra-  
tia, per otium, afflitter, prefertum cum nulla exte-  
nſio hoste, laus penitus ſit futura. Nam, ut elegan-  
**Prouer.** ter Martialis inquit, Nulla eſt gloria preterere  
**Claudia-** aſſelos. In breuibus nuntijs ſeſe probat Acolus undis  
nus. Nec capit anguillam Bore e certamia collit. **HOR.**  
**R.E.T.** certe animas cogitatu, heret lingua referat  
tremij manuſ notas, bebefit formam notar cala-  
mum

... turpis obsecra. Oremus plorat, q̄ dignus regis-  
tūr et affiat reliqua quibus adfūcūnata hæc bar-  
baries tua pessima refrita est. Vix hæc nos cū fusi-  
pore uel cursum legentes adduci potuimus, ea ab  
homine non perditissimo ignoravimusq; uel exco-  
gitari uel excrībi tandem potuisse. Sunt qui extimēt  
a Catodæmoni quopiam in te, uel tibi simile uerbo  
et concepta isthac esse, et tandem insinuibus literis  
demandata. Nec ignoramus tamē, t. ortum posse  
hominis malitiā procedere, ut nihil, uel parum a  
demoniū peruersitate differat. Ergo aucepis hæc  
questio Minori, et Rhedaniū fratribus qui inflis-  
sirimū fontes, ualim releganda. VERVM ad-  
monet iam tam rabor ingenium, tam epistolaris  
conditio ut rei tam spurce, ac sine sale penitus, si-  
lentium imponamus. PRIVS, q̄ ex hoc Speratico  
Labyrintho in apricū, amonimq; locam alterum  
Ariadne filo egrediamur, paucos ex Sperati in- Preser.  
sulsi salibus, i. tenera Beta longidioribus, reiçere  
in hunc locum libavit. Id quod hoc præsertim causa  
factū est, quod non pauci, quibus indignos extimat  
Vicuenses tantū hor Speraticos iocos celebrent,  
q̄ tam ceteri sapientū Dicterijs soleant, delectari.  
Nec mirum, nam balbus balbo delectatur maxime. ... Preser.  
Et Casca Casco fit usq; grazissima. Malorū malis  
dolcius commixtū. Labra lactucas amant non ab  
finibus. Facilius quoq; inquit, aquat. Harpaga fin-  
ribus

Nota. ribus forentur. Pacem ferant cōmeritis culpe. Sicut  
enim bonorum gratissima conuersatio ita et mea  
lorum iniicē cōvertitū delectabile. Fanēt furibus  
plerumq; fures. Bibaces ebrii. Intemperantibus  
gule dediti. Veneri adicti moches diligent, et  
adulteros. Gratiam sciariorū grāffatorib; cōta-  
bernum. Lusor nō fecis ludo deditū, quānūtū  
canis ferā acīstigat in umbra. Index iniquis iniū-  
tus ad mortem iudicat sui similes. Non ergo mirū  
Speratū sibi similibus indignos dicere Viennenses.  
Crede Sperate summa te eos afficerē contumelias,  
quos in celum conari cœchere. Non caret suspic-  
tione, quoniam quis ab improbo cōmendatur. Merlinus  
est obiurgari a iusto (inquit Augustinus) ab im-  
probo landari. Vide Sperate ne de te, et ut, quoniam  
extimatis nos indignos, optime dicis cōueniat apud  
hunc locum. Fatemar tecū Sperate non Vi-  
ennenses Therologitam te, tū a te tanopere leu-  
detis indignos esse. Fasit deus optimus, maximus  
hunc tuū, tuorumq; dignitatē hinc illuc perpetuo  
relegari. Unde uenit Titanius non ubi sydera cō-  
dit, Monent sapientes accurate malorū hominum  
cōvertitū fugiendam, ne horum conuersatione  
infici boni queant. Qui enim tetigerit pīcē inqui-  
nabitur ab ea, et qui cōmunicauerit superbo, ins-  
duct superbiā. Sed iam ad besteros sales tuos festi-  
nati oratio. CASEARI V M. inquis Viennē-  
ses q̄d

Eccle . ca.  
13.

ſer eſſis. Vnde lector Sperato dignum ioculam. Ex-  
tare tuo tranſis ad iniuria? Nam apud te caſtrati  
tus co neſcenſum inficit uoluntates! Mallemur iuris  
caſtrati plenam deglutiſe lacunā. A Speraticorum  
ſpuriis luxib⁹, uerbisq; retreari. Iuſti caſtrati Mat.24.  
in os intrans in uentrem uadit, ⁊ in ſecuſia emi- 13.  
titat. Sparci autem liquit, ac obſcena uerba, que  
procedunt de ore, de corde excunt, ⁊ ea coinqūat  
homini. De corde enim excunt cogitationes mala,  
detractiones, blaſphemie, proximi odii, perſua-  
ſiones impie, ⁊ huius genii ſclera mille alia. A T  
Pafcales eftis ( iudit ) Australes. Betacetus et iocuſ  
iſte paritet. Quid ſit utrum Venereā praeorigine,  
quos afficiſt iniuria, uocitent Australes? Hi enim  
ſtatis diebus aliquot caſtro uſcuntur, ⁊ carnibus,  
at tibi, tuq; ſimilibus uentri deditis pulla a carni-  
bus, at uentre penitus abſtinentia. Australes ex  
uentre iſſitudo Pafca celebrant, at Speratici fe-  
ſtorum nulla, uel modica reverentia. EX centum  
Monachis, praefbyterisq; Viennēſibus ( inquis ) mix-  
tum reperiuit caſtratus. O ſalem inſulfum Spe-  
ratica dignissimū ſapientia. Si ſaperent incaſtrati  
ſibi ducem uel grandi prelio deligerent te Spera-  
tr. Ferunt qui te intus, ⁊ in cuto norunt. i. quibus  
indignos extimus Viennēſis, olim poſt diuitiam,  
decurſatq; investigatione, nullam incaſtratorū  
Centurionē potuſe ſperato vegetiorem alterū

G reperiſſi

reperiri. Quid quod afferat hac in re nec te multis Sardanapalis, Terciusq; iure cedere, qd' prona in Venerem te, innata libido extimulet, flagres uitio patrisq; tuos. Aitne qdc te probe tibi confiam ante annos aliquos in sepulcro tuo senaria eis hos palmipedalibus literis excuspsse.

S P E R A T I   E P I T A P H I V M.

Speratus situs hoc, quod sudes tumulo,

Sed casu lector genitores querere.

A pueru dixeri luxum, Venerem,

Scripsi nol esse sanctius coniugio.

Miserum dixi lectum solitarium.

Pratuli doctis ualgus temerarium.

Pratuli Papis me, Luterum Saxicum,

Indixi bellum cucullatis Monachis.

Scriptam reliqui posteris barbariem,

Qd' dixi palam Viennenses asinos,

Nec eos dignos tecum sententibus.

Moravis nota lingua, vita, uincula.

Hec tantum lector dicere uolueram.

Q\_ Viam se digno uox Speratus delubat Viennenses  
Theologos, quod urlati asinina non capita, quid  
castratus significet, ignoremus. Quid? quod bar-  
barissimus hic Speratus Grecarū literarū notitia  
sibi audiat arrogare! Scio (inquis) quid cumue  
significet apud Gracos. Is ne Sperate in eorū sen-  
tentiam, qui ēnōū xop dictum putant ab ēnōū  
800

voīc, post̄ ḥ̄x̄o, uoluti dixeris bona mentis? At  
Etymologici maioris author iunior̄ ḥ̄x̄o dicitur nult  
ab iuri, quod cubile significat, & uerbo ḥ̄x̄o cu-  
stodie, quod iunior̄ ḥ̄x̄o, seruandis principum cubilia-  
bus adhiberetur! I M M V N D I S nibil mundū inq.  
SI Sperate, immundis nibil sit mundū per Meritū,  
capit, parentesq; tuos iuramus intrepidiā, nibil  
Sperate. Paulus mundū esse. Et quis p̄fridit frōtis  
homo Veneris nepotolo tribuere mundiciam iure  
queat? N O N ignoramus uerbū castratus turpe  
nō esse. Immo ne incastratus quidam, modo hanc  
incastrationē, non preferat castile uite. Certe pul-  
chri sequis a utris uolens se castrauerit. Quid nec Claudiu-  
nos fecisse immatriuſ nulla cruentā castrat anariū  
tiam. N O N est Sperate impudicum, pudice rem  
Venerem nominare, sed impudicissimū Deo di-  
eato tē tam quis presequi ratiōe. SI demoniaci  
Viennenses Theologi fūli estis, finite(inquis) cu-  
rare tandem uos. A B Sperate demoniarum id in  
nobis autūm, quod te a Demonisca ad sanā do-  
ctrinā contamur reducere! O detestandā homis  
excitatem, qui cū totū sit Demoniacus Demoniū  
boſter audet Demoniacos vocinare. Nō ut Sperate  
de te uideri dictū potest. In peccatis natūri es totus loquacis  
& tu docer nos! Non patitur in presentia locū, st cap. 9.  
betaceum salēm hūc pluribus infelctūtur. IMP II  
sunt qui caſtitatis uotū, post baptismatis p̄ferrūt

G ij quoniam

quavis modo. Non preferimus illi votum hoc, sed  
dicimus castitatis uoto, baptismatis uotū plurimum  
exornari. In potestate enim nostra est nō uoto, uotū  
bonū ius nostrū in melius cōmutare. Hinc instrat,  
in quarto articulo tuo nō penituit q̄ fulta, ac ipsa  
contineri. AD MONES Viennenses cives ueluti  
fratres tuos, ut a nostra impia abominatione ca-  
nent. Et lupus rapax prædictus agnacis. Docet  
gallina iungere se uulpsbus. Ab eo cauendū Sper-  
ante, qui dicitur albū nigrū, & nigrū albū, turpis  
amplectēda, honesta penituit cuitanda, qui ecclēsia  
ueteribus, sculpturis, institutionibus, stat. i. amies  
Namias insidē præstrunt. In quorū ore præter  
scurrilia nō reperire queris. Ab eo cauendū Spera-  
nte, cuius maledictione es plenū est, & ameritudine,  
& dolo, sib̄ lingua eius labor, & dolor, & cetera  
q̄ relata sunt a Danide psalmo nono. Vide lector  
an ijs, multoq; prioribus Sperati bac barbaries sit  
referta. A N non sine fale fale est, quom nos Spera-  
tico indicio sophiste de fide, ac peccato logiq; pre-  
sumamus, quid sit tamē fides, aut peccati penitus  
ignorantes. V NDE conicis Sperate nefire nos  
quid fides sit, ac peccatum? Suspicamur id accepisse  
te ab ijs, quibus indignos assertis Viennenses. Disper-  
reamus si genus hoc hominū, aut quid fides sit in-  
tellegant, aut uita moribusq; seruent catilē. Pecc-  
atum uero ob longam peccandi consuetudinē, tā  
hotam

eisdem & eorum nomia sunt, aut officia. Non pa-  
titur imperata fiducia disceptatio, ut parte hac,  
questione cā pluribus dissoluimus, qua queritur.  
Sic ne fides sine bonis operibus omnino sufficiens  
ad salutem? Sed quoniam nō patitur loci angustia de  
hac ipso. q. multa referre libuit tamē ad plenam  
meritatis huius cognitionē. Mortuā scilicet esse sine  
operibus vera fiducia, remittere ledit ad id. Au-  
gustini volumē, quod ostuegit atrii questionum  
inscriptū. 76. uidelicet. q. Q[uo]d loco Pauli, & Iacobi  
Apostolorū dicta concordat. Dicit enim Paulus  
cap. 3. ad Romanos iustificari hominē per fidem  
sine operibus, & Iacobus cap. 2. inanem esse fidē  
sine operibus. Q[ua]si (inquit) ille dicit de operibus,  
que fidem praecedunt, sive de ipsi que fidē sequuntur,  
sciat etiā ipse Paulus multis locis ostēdit. IGNORATIS  
quid fides sit. Fatemur Sperate nefere nos  
fidem tuam. Eam autē fidem, quam in epistola ad  
Hebreos definit Paulus. Apostolus sermone didicis Cap. 11.  
a cuiuslibet. IGNORATIS (inquit) quid peccatum sit.  
Facile tibi sperare scire, quid peccatum sit, quod ex  
nature, educaturq[ue] fueris in peccato, natalisq[ue] tri-  
tenorē accurate scrueauerit in hunc diem. Et utinā  
fuscm imponeres ante mortem. Nobis autē placet  
ea peccati defunio, quam refert Augustinus cap.  
27. 22. solaminis contra Faustum. Peccatum est  
(inquit) factum, vel dictū, vel concupitum aliquid

G. iiij. contra

contra eternam legem. Plebet ergo brevis illa finitio  
ex prima Canonica Iohannis apostoli. Peccatum (in-  
quit) est iniurias. Sed despicimus nos cum maximo  
peccatorum de peccato pluribus disputare. DICIS  
inter cetera non stare cum uera fide peccatum, quod  
fides lux sit, peccatum tenebra. Nonne Sperate  
Christianorum sper lux quoque quod est? An dices  
cum hac Christiana spe non posse etiam manere pec-  
catum? Disce Sperate non omnem lucem tenebris  
esse contraria. Num stellarum lux patitur noctis  
tenebras? Falemur tecum, iumento cum ueritate pos-  
tim fidem formatam peccatum secum pati non posse.  
Informis autem fides secum peccati patitur ratione-  
num. Nonne fidelis ex ille in peccato habet spu-  
randarum substantiam rerum argumentum non apa-  
parentium? Ergo ergo fidem pariter. Qui si uana metie-  
negat Christianum peccatorum et in Deum credere,  
arguit Christum. Praterter sexcenta sunt in scriptura  
sacra loca, quibus offenditur sine peccato in hac,  
**C. primo** quam degimur uita, hominem esse non posse. Si dixeris  
prior epistola rimus (inquit Evangelista Ioannus) quoniam pec-  
catum non habemus, ipsi nos seducimus, et uirina  
in nobis non est. In quo igitur homine niente re-  
peries ipse fidem si eam afferis quia peccato manere  
non posse? Putas ne ifideliter esse, quelibet peccatorum?  
An rursus afferis absque fide fideliter aliquem reperiiri  
iuste formaliter causa, formaliter effectum, ueluti si di-  
xeris

xerit absq; cädore candidū. Sed ualeat iñfalsa hec  
Speratica Dialectica. Ignoras ne Speratis argua-  
mentandi formā hanc? In nullo potest peccatore  
flare fides. Sed omnis homo nivens peccator est. In  
nullo egitur uiacente homine fides manet. Conclu-  
sus si in te fides sit, non esse te uiuentem hominem  
sisteri oportet. SED quid cū murioperito de fide  
pluribus disputandum? EXPONAS regemus  
Sperate qualis iocne sit, quom subditis mox. Veram  
cū fide sophistarū omnia peccatorū genera flare  
possunt. Quid sunt apud te Sperate Sophistæ? V c-  
teres (si nescis) sapientes Sophistæ dicitur. Neq;  
ij solū ( ut Laertius author est) uerū poete quoq; Lib. prio.  
Sophistarū appellatione honorabatur. Cratinus  
preterea in Archiloco, Homerū, & Hesiodū ad-  
mirans ita illos uocat. Speusippus de Platonis de-  
finitionibus, Sophistam dicit, iunctū nobis, atq;  
dūmū mercennariam uenatorē. Quid per Sophis-  
tam Cicero uoluerit intelligi, docet Seneca in. 19.  
epistolarum volumē. Exponendū a te fuerat que  
sit Sophistarum fides, cum que omnia peccatorū  
genera secundū Speraticā sapientiā, staret posint.  
Quod si ita sit, Sperate fides, Sophistarū principis  
fides erit. LEGBAT VR illud ex sexto articulo  
two. In maxima castitate, maxima est tentatio lu-  
xuria. Dispercam (inquit hoc audiens natus quis-  
piam) si maxima luxuria tentatio unq; locum  
habuerit

babuerit in Sperato. Quaerentibus asserti hanc  
eiusdem rationem. Quoniam (inquit) prouidus Spe-  
ratus ad extinguentem luxuriam, non exiguum  
Tibi regis opus erit; sed etiam affidit secum delectus. Sed  
alia ab hoc ad vincendum maxime luxuria pronis-  
tem sapientia remedia. Vix patet Venereorum boim,  
überberimq; evitatio. Nam, ut ex menandro (4.15).  
prima epistole ad Corinthios refert Paulus. Cor-  
tumpunt bones mores, colloquia mala. Malibris  
comortis fuga. Cum castis hominibus conuersatio.  
Honestorum laborum cotidianus terror. Cibi, potuimus  
comunitio. Nam, ut inquit Comicus. Sicut Cerere,  
**Tercius**  
in Eamus. & Baccho friget Venus. Ieiuniorum frequetia. Ca-  
stiterum amentium meditatio. Castorum scriptorum fre-  
quentus lecilio. Effrenis corporis castigatio. Emisi-  
ffrone noti ninculū. Bone sume conquisitio apud  
probos. Luxuriosorum opprobria. Firmata cōfica-  
tudo. Instantis mortis memoris. Castitatis in vita  
altera premiu. Sunt & ad hanc mitigandam luxuria-  
punitate suffugia centū alia. Sed rebellibus agro-  
tit uel a medico peritissimo uix, uel agre omnino  
consulitur. DE Luterianis articulis, quos Christi-  
anos esse diis, nihil modo ad Theologos Viennefer.  
Nō ambigimus tamē doctrinā cā sine suscipione nō  
esse penitus, que sit a summis principibus, doctis,  
Christianisq; universitatibus, prudentibus rebus  
publicis, tamē in fide suspecta totiem condonata,  
queue

quem sit tot uniuersitibus Cœcilijs, doctis, sanctis,  
catholicisq; viris contraria deprehensa. Verum  
de hac re tractare modo nequaquam patiner institutum.

LUDENS in fine articuli septimi. Voi mēdecis  
(inquit) salua grāmatica. Decēnus dixisse (Quid  
enī barbaro negotiū cū grāmatica?) Saluo pudore,  
Suscipiamur nec ab re quidē scribēti huc tibi oēm  
permittat abfuisse pudorem. Scribant Stoici pudorē Laertius  
esse ignominia metum. At tibi nullus ignominia lib. 7.  
omnino metus. Ergo nec pudoris quoq;. Sc̄epe enī  
videmus (inquit Cicerō) fractos pudore, q; ratione 2. Tuſci  
nulla inincerētur. Sed quid cām pudore Sperato, Lanariū. q;  
qui a puerō perficiunt omni frontem VELLUM Procur.  
(in quis) Scolasticos Vienenses fieri dei doctores,  
qd' nūq; esse debet. Laudamus semper, nec de-  
finimus in presentia laudare scolasticos om̄s, qui  
dei doctrinae accurate student. Verū nō culpamus  
scolasticos alios, qui bonis artibus alijs quantum  
per est seū applicuerint, quod bone artes ad do-  
ctrinam, que de Deo est, plurimum conferunt, id  
qd' ex iure tuo disserre debuiſſe. Exstat Sperate 37. dist.

(Si nescis) elegās, at plena eruditioē diu Hierony-  
mi ad Magnū oratorem Romanum epistola, qua  
aperte docet sacre scripturae autiores, Ethnici  
scriptores & accurate legisse, & scriptis suis inſe-  
nuisse frequenter. Enumerat inter hos Moysen,  
Salomonē, prophetas aliquor, Iosephū, Philonem,

H Quadrat

Quadratum, Originem, Clementem, Tertullianum,  
Cyprianum, Arnobium, Lactantium, Victorium,  
Hilarium, ac plures insignes viros alios, quibus  
fus humanis scientijs exornarunt. Vellemus dicen-  
tes Sperate quia ratione gentilium Philosophorum  
contra nos argumenta dissolueres, si eorum dog-  
mata penitus ignorares! Nonne artificem sui, et  
obliqui iudicem esse oportet? Nonne rursus opposita  
iuxta se posita nitidius clucent? Iustitiae velgo  
Aristotelicum illud. Ignorantis vinculum, non est  
solvere. Quid de Paulo Apostolo dicendum? qui  
Episcopis parte abusus heresculo est scribens ad  
Titum, καὶ τοὺς Ἰεράρχας θρησκευτικούς  
λέγεται. Ideo, Cretenses semper mendaces, male  
beatis ventre pigri. In alia quoque epistola idem  
Paulus Menandri hunc ponit fenestrā. φθίσεται  
ἡ βίβλος τὸ πατρικόν κανόνι, Latere sic. Corru-  
pus enim mores bonos colloquia mala. Et apud  
Athenienses in Martis curia disputant, Aratum  
testem vocat. Ipsam enim (inquit) ἡ γένους σ. mis.  
quod Graece dicitur τοῦ γῆς καὶ τύπος τοῦ μήπ.  
Scribunt Thrologi scientias humanas omnes, ad  
eam scientiam, que de deo est, veluti ad finem, ne-  
risime ordinari, sicut et ad deum ipsum, que facta  
sum omnia. Quid! quod sine scientijs humanis alijs  
heram de deo scientiam habere non possumus. Per  
Ad R.o.c. eaenim (inquit Paulus) que facta sunt intellecta,  
primo. inusitata

inuicibilis dei a creatura mundi conspiciuntur.  
TAXAS nos alibi Sperate, quod nostra opera  
fuerit apud Moros passa nimula. Et car Sper-  
ate, quod tua culpa factum est, alijs ascribere no  
uereris! An patet tamen etiosas esse nos, ut speratica  
negocia Theologis Viennensis cura sunt? Num  
tantum rerum tuarum nobis cordi fuit, sensu? Et  
mo est, ut scilicet uerba negligia repetens, in frugē  
tandem redire verborem. Hoc enim re non tantum  
nomine Christianis decens officium, ut errantes a  
uero gregem aci, in solitā, tamq; a lupis Canis,  
concentur reducere. Si licet (ut memorant) in ebi-  
bito iam errore carbuncis Adamantinis penitus in-  
nodatus. Quae passus nuper ei sperare debuerant Prover.  
ter reddere cauteorem, ne Hieremie illud de te, tuiq;  
similibus dictū esse videatur. Percusisti eos (inquit) Cap. 5.  
Et non dolerant, attrinxisti eos, et renoverant ac-  
cipere disciplinam. Indaverunt facies suas supra  
petram, et noluerunt renerti. Alibi quoq; idem Cap. 18.  
propheta de desperatis loquens. Desperauimus  
(inquit) Post cogitationes nostras ibimus et uniu-  
niq; primitatē cordis sui mali faciemus. VERE  
natur ut illud Canis nostrae obijctat facultati. Horum  
Quid obseratis auribus fundis praeces? Non saxe Epodo.  
nudis surdiora nauis Neptunu; alio tundit bi-  
bernum salo. Monet Pandor Apostle ab huiusmo i. Timo-  
di hominibus discordiam. Quod exponens Atha- theos. 6.  
Hij nafus

*Nasum sic inquit. Quam fratel, aut bis istes cōmo-  
nē feceris missos facio &c. Huc tēdit sapientus illud.*  
*Ecclesi. c. Vbi auditus non est, non effundas sermonem.*

**JZ.** *SVB NECTIS et hoc ad uerbū ferme. O DI-  
LECTI fulti Australis deberem nos Theologos  
uocare hoc est Dei doctores, quod non multis, et  
iure quidem quia nō estis, nec effici multis. FINIS  
libelli principio, mediusq; nō omnino absimilis i. nō  
minus sine sale, q; illa. Nonne studioſe lector credi-  
per est, nō praeclara ingenio homini, sed rude simili-  
cū quicquid pūnus, pūnoq; sepultum, quicqd libelli  
est, effutisse? NON capimus Sperate, ut Theo-  
logos Viennenses noruocites, quod tua uocatione  
nulla nobis aut uituperatio nascatur, ne lacr. MI-  
NARIS tandem, ni siluerimus, alia ijs maiora in  
nos scribere. Nū legisti Sperate nequaq; tutū esse  
in eos scribere, qui eti nō proscribere, optimatam  
rescribere multo queāt? Quid obsuit bone Sperate  
Homeri gloria Homeromastix, Virgilij Landi  
Virgiliomastix. Ciceronis immortalis nomini Cis-  
val Max ceteromastix? Nisi forsitan Herostrati exemplo qua-  
lib. lecunq; tibi nomen statu: ris comparare.*

*VERVM admonet iam tū rubor ingenuus, tū  
epistolaris conditio, ut rei tam sparsa, ac sine sale  
penitus, silentium imponamus.*


*LVSIMVS ex tempore hac Sperate paucis ex  
sinceritate Christi domini charitate, ad sanam resi-  
piſcētiām.*


piscētiam revocātes. At lupus pīlū mutat , non  
ingenuū. Et ut elegāter inquit Euripides . O pīlū  
wōrōgō; oūdīp ēdō wλāw rānōg. Nil preter Prover-  
malam malum esse poterit. Qui semel scutra , nūq̄ bis.  
pater familiaris. Et (et inquit Plautus) Scutte faciūt  
qđ confūctūt. Qyod si noti nostri cōpotes esse  
nequauerimus. i. si more tuo p̄ges deinceps insulse ,  
ac mendaciter maledicere , Archilochus forsū pro-  
prijs armabis lumbis. Nec spes nobis omnino de-  
est , qn te arundineo telo ad Lycaōis , Ncobeleme Proverb.  
τοῦ ἡρός , diquando cōpellamus. Scripsimus Hor. item  
hoc preterea latine , ac doctis tantum quod cun- ceteri.  
storum vulgarium , id est , Bardorū hominū , tuq;  
familii iudicii , primitus contemnamus. Vulgaris  
enim inceptorū , ac ignorantie proprie cōsciorum  
scriptorū est , vulgaribus , inepitis , ac insīpi hou-  
minibus uel uernacule scribere , uel huic hominū  
generi iam digna eis scripta dicare. ( Ut seſe muli  
scalpūt sic et asini ). Nec id ipsi dia ratione facti-  
tent , nūq̄ quod sciant , nō eſſe cæcorū uel de palli- Prover-  
bulis coloribus indicare. V A L E , et esto memor tā bius.  
mortis , q̄ future post mortem uite , cuius nemo  
sancte turbator pacis particeps esse potest . SED  
aduersitatem altera iam dies , speraticumq; la-  
borem hunc perope , receptui canendum uobis  
protinus.


SIC V A interimprimendū ob celeritatem mi-  
nuta errata admissa facrunt, eque  
lector boni consulat.


IN Epitaphio, lego, quem uider.

VIENNAE IN AEDIBVS SIN.  
gymnasiis quinto Idus Iunias. Anno  
post Christum natum  
M.D.XXIII.









180 -

